Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26121
Copyright: Admont, Benediktinerstift

INCIPIT EXAMERON TRACTATUS SCI AMBROSII EPI DE DIE PRIMO CONDITIONIS MUNDI;

ANTUMNE OPINIONIS ASSUMPSISSE HOMINES. UT ALIQUI EX TRIA

principia constituerent omnium. dm & exemplar. & materiam. sicut plato discipulique eius. & ea incorrupta & increata ac sine initio asseuerarent. dmque non tanquam creatorem materie. sed tanquam artificem ad exemplar hoc est ideam intendentem fecisse mundum de materia quam uocant ylen. que gignendi causis rebus omnibus dedisse asserat. ipsum quoque mundum incorruptum nec creatum aut factum estimarent. Alii quoque ut aristoteles cum suis disputandum putauit duo principia ponere materiam & speciem & tertium cum his quod operatorium dicent. cum supperare & cooperentur efficere quasi adorinandum putasset. Quod tam inconuenientis quam ut eternitatem opis cum domipis coniungerent eternitate uel ipsum opus dm esse dicerent. ut celum & tam & mare diuinis prosequerent honoribus. Ex quo factum est ut partes mundi deos esse crederent. quanuis de ipso mundo non mediocris inter eos questio fuerit. Nam pithagoras unum mundum asserit alii innumerabiles dicunt esse mundos. ut scribit democritus cum plurimum de fisicis auctoritatis uetustas deculit. ipsumque mundum semper fuisse & fore aristoteles usurpat dicere. Contra autem plato non semper fuisse sed semper fore presumit astruere. plurimum uero nec fuisse semper. nec semper fore scripturas suas testificantur. Inter has dissensiones ex quibus potest esse ueri estimatio. cum alii mundum ipsum dm esse dicant. quod ei mens diuina ut putant inest. alii partes eius. alii utrumque. in quo neque figura sit doxe. neque numeros. neque loco. aut una possint aut cuncta comprehendi. Si quidem mundi estimationem uolubilem rotundam. ardentem quibusdam increatam motibus sine sensu dm euenuat intelligi. quasi alienno nisi suo motu feratur. Vnde diuino spu prudens ses moyses hos hominum errores fore. & iam forte cepisse in exordio sermonis sui dicit.